



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Factum egregium Sanctimonialis fœminæ, per quod compuctus  
adolescens eius amator, monachus effectus est. Capvt. LX.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

liano Stylte narrauit, quod leo iuxta eum locū, in quo morabatur, apparuerit, plurimosq; peregrinos, & indigenas necare solitus fuerit. Die ergo quadā aduocans discipulū suum senex, Pancratiū nomine dixit ei: Vade fermē duo millia passuum ad Austrum, inueniesque illic leonem iacentem, cui dices, Humilis Iulianus in nomine Iesu Christi filij Dei viuificātis omnia, tibi pręcipit, ut recedas ab hac prouincia. Profectus uero frater inuenit leonem iacentem. Cūmq; uerba senis illi dixisset, continuo recessit leo.

*Etiam immanissimis bestijs Sancti in uirtute Dei imperant.*

*Vita Abbatis Thallelai Cilicis*

CAPVT. LIX.

**A**BBAS Petrus presbyter eiusdem monasterij narrauit nobis de Abbate Thallelao Cilicis, quod LX annos transegisset in uita monastica nunquam flere desistens, dicensq; iugiter: Tempus hoc nobis ad pœnitentiam indultum est, & valde requiretur a nobis, si illud neglexerimus.

*Ecce quomodo uera pœnitentia habet secum dolorem de peccatis commissis, & non tantum nouam uitam.*

*Factum egregium Sanctimonialis femina, per quod compactus adolescens eius amator, monachus effectus est.*

CAPVT. LX.

**Q**uidam uir fidelis narrauit nobis, cum in Alexandria essem, tale quiddā Sanctimonialis (inquit) quædā sedebat in domo sua uita solitaria ducens; alutisq; suę valde sollicita, ieiunijs,

iunijs. ac vigilijs vacabat iugiter, multasq; faciebat eleemosynas. Sed bonorū omniū semper invidus diabolus, tantas in virgine virtutes non ferens, contra illam pulverem excitavit. Immisit enim adolescenti cuidā turpem de illa, diaboli-  
camq; cupidinem. Manebat autem extra limen eius adolescens. Cū ergo virgo illa domo sua vellet egredi, atq; ad Ecclesiam<sup>2</sup> orationis gratia concurrere, ingerebat se illius oculis improbus & impurus adolescens, nec illam egredi sinebat, amatoria quædam verba procacibus nutibus, illi insinurrans: ad id ut iam præ nimia molestia adolescentis cogere-  
tur virgo domo sua nusquam progredi. Die igitur quadam misit ancillā suam virgo ad illum ut ei diceret: Veni, vocat te domina mea. Abijt ergo ad illam gaudens, & stuprum committere gestiens. Sanctimonialis verò sedebat in cubili suo. Ingresso igitur adolescenti ait: Sedes. Cumq; sedisset: Dic oro te frater, inquit illa cur ita mihi molestus es, nec permittis me domo mea egredi: Respondit adolescens. Verè, domina, te multum amo, & quando te inspicio, totus in tua concupiscentiam inflammor. Quæ ait ad illum: Quid nam in me pulchrum vidisti, quia sic amas me. Ait adolescens: Oculos tuos: ipsi enim seduxerunt me. Virgo verò ut audiit, quia oculi eius illum, seduxissent, sumpto gladio mox occurrerunt. Hoc autem cum vidisset adolescens, evulso se scilicet sibi Virginem oculos, compunctus corde abiit in Scythiam, ibiq; seculo renuncians, effectus est probatissimus monachus.

<sup>1</sup> Vide sanctimonialium feminarum exercitia, ieiunia, vigilijs, & eleemosynas.

<sup>2</sup> Ecce quòd etiam Orationis gratia, ob idque precipuè Ecclesias adimus.